



# Bodleian Libraries

UNIVERSITY OF OXFORD


This book is part of the collection held by the Bodleian Libraries and scanned by Google, Inc. for the Google Books Library Project.

For more information see:

<http://www.bodleian.ox.ac.uk/dbooks>




This work is licensed under a Creative Commons Attribution-NonCommercial-ShareAlike 2.0 UK: England & Wales (CC BY-NC-SA 2.0) licence.



*Mason*  
*S. 131.*







# FRAGMENTA THEOTISCA

VERSIONIS ANTIQUISSIMAE

**EVANGELII S. MATTHÆI**

ET

**ALIQUOT HOMILIARUM**

E MEMBRANIS MONSEENSIBUS

***BIBLIOTHECAE PALATINAE VINDOBONENSIS***

EDIDERUNT

**STEPHANUS ENDLICHER**

ET

**HOFFMANN FALLERSLEBENSIS**

**EDITIO SECUNDA**

AUCTA ET EMENDATA

CURANTE

**JOANN. FERD. MASSMANN**



---

**VIENNAE**

**APUD FR. BECK UNIVERSITATIS BIBLIOPOLAM**

**1841**



## BARTHOLOMAEO KOPITARIO.

Quanta voluptate Tua jussa exsequar amice clarissime! alio si libet experimento periclitandum est, nec e sera libelli istius editione judicandum. Scis quanta alacritate, jam e vestro in Bibliotheca palatina consortio evocatus, ad novam „*Fragmentorum theotiscorum*” recensione, quae Tuo nutu e membranis monseensibus eruta, olim a me et Hoffmanno nostro paucis exemplis publice proposita fuerunt, Te monente accesserim. Codicem, novis lacinulis interim auctum, prelo iterum paranti Massmannus supervenire, et in rimandis literarum fugientium apicibus versanti officiosa adesse amicitia; brevi inde labor, omnibus numeris politus, sed jam non meus, emergere; tunc ego, in curanda re herbaria occupatissimus ardui operis omne onus in humeros viri, non in una hac palaestra athletae, devolvendum prudens cogitare; ille ut in amicos facilis esse solet, precibus meis cedere, et fragmenta nostra multis modis exornata, innumeris locis aucta et emendata, suppletisque passim lacunis resarcita, tandem amplissimo indice instructa adornare; scribendae praefationis provinciam mihi relinquere. Hanc molienti alter et tertius jam labitur annus, nam dum terram fodio, et arbores planto, herbasque rigo, hortus quidem pulchre viret et ubertim floret; membranae in dies magis expallescent, deliciae quondam et decus meum, nunc homini in rustico studiorum genere versanti, nonnisi veteris cum viris clarissimis, quos tiro sectatus sum, consortii memoria gratae.



**II**

Nunc tandem, gravissime nuper increpitus, rem paucis expedio, iniquae mentis debitor; ita ut merae Massmanni curae orbi reddantur, relicta illi, de his, quae hoc loco dicenda forent, uberrima disputandi oportunitate.

Tu opusculum, olim a me et Hoffmanno Tibi oblatum, quod iterum ad veterem suum patronum redit, etiam egregia Massmanni diligentia pulchrius nitens, serena fronte accipito.

Caeterum fac valeas, meque porro ama.

Vindobonae in aedibus Horti Universitatis.

XIV. Junii MDCCCXLI.

*Stephanus Endlicher.*

## PRAEFATIO EDITIONIS I.

---

**A**n**te** evangeliorum harmoniam, quam vulgo Tatiani dicunt, nonnullos novi testamenti libros integros in linguam theoticam jam fuisse translatos, dudum inter eruditos constat.

B. Petzius, acerrimus antiquitatis indagator, initio superioris saeculi bini antiquissimi vernaculi evangelii secundum Matthaeum codicis folia, alii vetusto volumini adglutinata, cum reperisset, illa cum J. G. Eccardo communicaverat, qui tam egregii linguae patriae monumenti, cujus editionem jam in suo de *Francia orientali* opere (*tom. II. p. 236*) promiserat, partem dimidiam demum in *monumentorum veterum quaternione*, Lipsiae 1720, typis exscribendam curavit.

Ingens, quod unica e tanto naufragio erepta tabella, in qua saepissime et prisci sermonis nitorem et nobile interpretis ingenium mirati sumus, voluminis depertiti movet desiderium, aliquo solatio levant pauca ipsius illius codicis, cujus particulam Petzius nactus fuerat, fragmenta, in monseensibus bibliothecae palatinae vindobonensis libris felici fato servata, quorum linguae theoticae studiosos hocce libello quantocius participes facere volumus.

Atque ut de membranis nostris pauca dicamus, quindecim sunt saeculo VIII. exarata folia, quae partim integra, partim margine vel ora truncata, vel in angustas lacinias concisa, saeculo XV. librorum aliquot monseensium thecis adglutinata vel quaternionum chartaceorum suturis firmandis adhibita, nuper primum avulsa et in unum collecta, integritati suae quoad fieri potuit restituta fuerunt.

Antica cujusvis folii pagina adscriptam habet theoticam interpretationem evangelii secundum Matthaeum, postica textum latinum continet, cujus iterum versio in folii proximi facie sequitur.

Complectitur autem fragmentorum nostrorum folium:

- |    |         |                   |                                   |
|----|---------|-------------------|-----------------------------------|
| 1. | (I.)    | <i>α. Matth.</i>  | VIII. 33. 34. IX. 1—9. theotisce. |
|    |         | <i>β. . . . .</i> | IX. 11—18. latine.                |
| 2. | (II.)   | <i>α. Matth.</i>  | XII. 14—25. theotisce.            |
|    |         | <i>β. . . . .</i> | XII. 29—36. latine.               |
| 3. | (III.)  | <i>α. Matth.</i>  | XII. 31—39. theotisce.            |
|    |         | <i>β. . . . .</i> | XII. 42. XIII. 1. latine.         |
| 4. | (V.)    | <i>α. Matth.</i>  | XIII. 2—15. theotisce.            |
|    |         | <i>β. . . . .</i> | XIII. 15—26. latine.              |
| 5. | (VI.)   | <i>α. Matth.</i>  | XIII. 15—24. theotisce.           |
|    |         | <i>β. . . . .</i> | XIII. 27—35. latine.              |
| 6. | (VII.)  | <i>α. Matth.</i>  | XIII. 39—53. theotisce.           |
|    |         | <i>β. . . . .</i> | XIII. 54. XIV. 11. latine.        |
| 7. | (VIII.) | <i>α. Matth.</i>  | XX. 26—54. XX. 1. 2. theotisce.   |
|    |         | <i>β. . . . .</i> | XXI. 3—15. latine.                |
| 8. | (IX.)   | <i>α. Matth.</i>  | XXI. 46. XXII. theotisce.         |
|    |         | <i>β. . . . .</i> | XXII. 13—29. latine.              |

## IV

9. (X.)  $\alpha$ . Matth. XXIII. 15—24. theotisce.  
 $\beta$ . . . . . XXIII. 27—35. latine.
10. (XI.)  $\alpha$ . Matth. XXIII. 27—36. theotisce.  
 $\beta$ . . . . . XXIII. 38. XXIV. 9. latine.
11. (XII.)  $\alpha$ . Matth. XXIV. 28—35. theotisce.  
 $\beta$ . . . . . XXIV. 41—49. latine.
12. (XIII.)  $\alpha$ . Matth. XXV. 1—14. theotisce.  
 $\beta$ . . . . . XXV. 17—26. latine.
13. (XIV.)  $\alpha$ . Matth. XXV. 41—46. theotisce.  
 $\beta$ . . . . . XXVI. 9—19. latine.
14. (XV.)  $\alpha$ . Matth. XXVI. 67—75. XXVII. theotisce.  
 $\beta$ . . . . . XXVII. 4—17. latine.
15. (XVI.)  $\alpha$ . Matth. XXVIII. 16—20. theotisce.

Lacunae aliquot versuum inter theotiscam folii recti interpretationem et latinum versi textum in foliis 1 (I.), 2 (II.), 3 (III.), 5 (VI.), 9 (X.), 10 (XI.), 11. (XII.), 12 (XIII.), 13 (XIV.) obviae satis declarant nunc infimam, nunc summam horum foliorum oram, ut membranae thecis quibus adglutinatae fuerant adaptarentur, cultro fuisse praecisam, ita ut haec folia nonnisi viginti quatuor v. viginti quinque lineas nunc numerent, cum reliqua triginta v. triginta uno versibus expleantur.

Observatur praeterea fragmenta nostra non ea ratione cohaerere ut interpretationis reliquiae omni loco textus latini hic servatis particulis e regione respondeant, unde cum nudam translationem proferre inconsultum videretur, e regione versionis theotiscae foliorum omnium praeter (III.), 5 (VI.), 10 (XI.) vulgatae latinae textum e codice Vindobonensi Nr. 1234 depromptum adscripsimus, cujus lineas ita accomodavimus ut singulae singulis interpretationis versibus respondeant. Nam hic codex ob scripturam fragmentis nostris simillimam et miram textus cum latinis nostrarum laciniarum particulis, in ipsa vulgatae editonis discrepantia, consonantiam, fini nostro imprimis aptus videbatur.

Latinis evangelii reliquiis, quarum interpretationem theotiscam nancisci non potuimus, libelli molem nunc non esse augendam putavimus; tamen olim ipsas non omnino spernendas esse censemus, cum non dubitemus, alias adhuc antiquissimi hujus codicis particulas hic illic in Germania superioris bibliothecis gravi somno sepultas delitescere, quae si in lucem protractae fuerint, textus latini in nostris membranis servati conjugio ingrattam viduitatem fortassis solabuntur.

Fragmentum Petzianum ab Eccardo editum, nuperque a summo Grimmio (*Hymnorum veteris ecclesiae interpretatio theotisca, Gottingae* 1830. p. 6. et 7.) repetitum, suo loco ad fragmentorum nostrorum analogiam aliquot locis exactum \*) eo magis inserendum videbatur, cum non tantum textus ejus latinus, sed et quae illud in codice proxime praecesserant et continuo sequebantur folia, in plurimas partes dissecta, et libro monseensi, cujus theca membranarum avulsarum vestigia satis ostendit, inserta, non parvo nostro gaudio reperta fuerint.

Ultima evangelii secundum Matthaeum pagina, quae capitis XXVIII. vers. 16—20. theotisce complectitur, cui quod congruum erat e regione folium inter anxii animi sudores incassum quaesivimus, subjectam habet latinam interpretis subscriptionem, cujus tamen major et melior pars, in altero illo folio contenta, se oculis nostris adhuc subducit, hanc:

\*) Correximus I. 5. *worahtun* in *uovrahtun*. 6. *fe*—*fee*. 7. *disemo*—*delemo*. 9. *hrorrem*—*horren* (praeunte Grimmio). 11. *So auch*—*So auh*. 14. *guhomann*—*quhomaner*. 20. *folhcun*—*folchum* (praeunte Grimmio). 23. *stane stant*—*stantant*. 24. *sauno zaimo*—*zaimo*. 29. *moter*—*muoter*.

»supplementum prudentiae uestre corrigat et ex-  
 »ornet, adque hoc preceteris a domino obtentu precis obteneat, Ut  
 »quicquid in hoc opere maleactus forsitan delic-  
 »torum contraxit abolere iubeat commerti  
 »illud piis sanguinis ihu xpi dñi et salvatoris nostri  
 »id expeto depraecor ut librorum haec oblata for-  
 »matio siue paciens siue sit displicens aut censure  
 »uestri stilo meliorum sui subeat palam  
 »aut iudicii uestri debeat  
     »publicare sen-  
     »tentia.»

Ex qua, mutila quamvis, et una folii in plurimas particulas concisi lacinia jamjam depertita male cohaerente notula, id saltem adsequimur, non integrum evangeliorum corpus in sermonem vernaculum fuisse translatum, sed illud, quod reliquis plenius est et uberius, et primo in volumine canonico collocatur loco, tanquam unum pro omnibus selectum et theotisce fuisse redditum.

Nostrum certe volumen nihil librorum novi testamenti praeter unicum Matthaem habuit, nam in versa folii de quo nunc diximus pagina, initium tractatus latino-theotisci „*de gentium uocatione*,” ex Augustino, Gregorio M. et Isidoro potissimum consarcinati scriptum est, quocum continuo cohaerent alia septem folia, ex iisdem monseensibus codicibus deprompta, quibus tamen noster sermo nondum ad suum exitum perducitur.

Supersunt praeterea bina folia ex Isidori Hispalensis homilia *de nativitate domini*, ut vulgo inscribitur, deprompta, quam orationem doctrinae christianae summam facile dixeris, et cujus interpretationis theotiscaae particulam, nostro fragmento plane consonam, in codice parisino servatam, antiquissimae linguae patriae monumentum habuerunt omnes, quorum aliqua in his rebus est auctoritas.

Finem tandem faciunt quatuor folia, quae fragmenta interpretationis homiliae S. Augustini *de Petro titubante* adscripta habent \*), e quibus certo colligere possumus, homiliarum, ut vocabant, „*collectorium*” erudiendae plebi idoneum, quale etiam ex jussu conciliorum turonensis (ann. 813) nec non moguntini (ann. 847.) theotiscum faciendum erat, versioni evangelii secundum Matthaem fuisse subjectum.

Has igitur homiliarum reliquias, ad amussim membranarum summa fide expressas, evangelii fragmentis subjunximus, ita tamen ut textum latinum in nostro codice non ubique superstitem, ex impressis Isidori Augustinique libris depromptum, v. probabili conjectura suppletum et litteris inclinatis exscriptum adjungeremus, prioris vero sermonis, quem *de vocatione gentium* inscripsimus, eas etiam particulas, quas latinas tantum habemus, pro-

\*) S. Augustini hanc homiliam alius in codice sermo praecesserat, cujus aliquot lineae eodem folio quod Augustini initium facit inscriptae supersunt, harum non satis cohaerentia verba hoc loco subjiciuntur:

um . . . hind odo haltamef. D. . . . . truhtin got. . . nem saligom enti du fel llafan . . . gafolgef; . . . az-nu filu-sprehhanef. . . lenti ut . . . unmeini . . . ad fo manac famefga. . . fange . . . botafcaf . . . rf. enti in ira nuamba . . . ufqua . . . almahtic . . . enti deornun fon-unf. . . truhtin . . . felbun. xp̄ . . . anlotan in gotlihbin fa . . . plefuu . . .	bittente . . . etc. daz diu fun. taufi. a. . . rein en . . . gnada u . . . unfih. fiin simplef. daz ir . . . enti fa . . . mant m . . . e fater unf forgebe fo er . . . m. gahe . . . dem inan . . . ent. ent. minneont. e . . . antaN. lip. in sinem . . . he mit imo. samant in . . . lteo . . . alt. AmeN.
---	--

## VI

ferremus, quod eo minus negligendum videbatur, cum tractatus hujus auctorem assequi non licuerit.

Specimen scripturae codicis nostri, quod tabula libello huic subjecta exhibet, eius aetatem ineunte seculo VIII. certe non juniorem palaeographiae gnaris satis declaret, ita ut pauca tantum de singularum literarum forma et plurium in unum conjunctione, de siglis, orthographia, mendis quoque a librario commissis, hoc loco monenda sint.

Litera a duplici modo scribitur, rarius  $\lambda$  a in initio et medio vocum, nunquam in fine, e majuscula scriptura superstes, et plerumque  $\alpha$  apice magis minusve hians, nunquam tamen clausum in medio et fine, vix in initio. Confunditur semel a librario cum o, ubi *bana* pro *bona* scripsit. Diphthongi ae ( $\alpha$  = aet.) usus parum constans v. saepius etiam praeposterus, sic *aeclesia*, *quae* et *que*, *caeli* et *celorum*, *pharisaei* et *pharisei*, *transitoriae* adverbialiter etc.

Litera b ( $b$ ) confunditur cum p, in *buplicani*.

Litera c ( $c$ ) in theotisca voce *uurçun* (VI, 13.) et *liuçilu* (XV, 13.) basi ductum brevem adjunctum habet. Coalescit cum sequente t.

Litterae d ( $d$ ) apex semper verticalis rectus, reliquas literas supra lineam adscendentes: b, h, k, l, altitudine aequans, basim versus attenuatur, tandemque breviter dextrorsum flectitur. Majusculum  $\mathcal{D}$  initio versuum et sententiarum ponitur, apice sinistrorsum incurvo, basi vero orbiculari.

Litera e nunc super reliquas haud prominet ( $e$ ) lineola horizontali plerumque sequenti litterae cohaerens, nunc dimidiam literarum b, d, h, k, l altitudinem aequat. Jungitur cum sequentibus m, n, r, s, t, tam in medio quam in fine vocum. Initio versuum majusculum  $\mathcal{E}$  ponitur.

Litera f ( $f$ ) infra lineam descendit et ascendit; ductu horizontali sinistrorsum abruptim desinente, dextrorsum vero productiori sequenti litterae saepissimae cohaeret. Majusculum  $\mathcal{F}$  infra lineam propendit.

Litera g ( $g$ ) gyro magis minusve ventricoso infra lineam descendit et apicis lineola horizontali, ex anglosaxonico  $\mathcal{G}$  superstite saepissime sequenti jungitur. Majusculum hac forma  $\mathcal{G}$  occurrit.

Litterae h ( $h$ ) crus dextrum sinistrorsum curvatur et abruptim desinit.

Litera i, cui punctum v. apicem nusquam esse impositum vix est monendum, adhaeret praecedentibus n, m, r et t. Majusculum  $\mathcal{J}$  longo ductu infra lineam descendit.

Litterae k ( $k$ ) crus dextrum sinistrorsum inclinatur, et apicem minimum medio habet impositum.

Litera l e crassiori apice basim versus attenuatur. In inscriptione homiliae S. Augustini literis majusculis exarata, duplex  $\mathcal{L}$  in voce *gotspel* hac forma  $\mathcal{LL}$  jungitur.

Litterarum m et n ( $m n$ ) crus dextrum non semper in lineam descendit, in latus sinistrum nonnihil incurvum. Litterae n forma majuscula ( $\mathcal{N}$   $\mathcal{N}$ ) tam in medio quam

in fine vocum saepe occurrit. Jungitur sequenti t, in fine sententiarum aliquoties NT scribitur. Majusculum N, initio sententiarum lineam plus v. minus obliquam nonnunquam vix non horizontalem verticalibus semper habet multo crassiorem, harum dextera humilior, sinistra vero basi producta. M hac forma  $\mathfrak{M}$  pingitur. De conjunctione cum litera i supra diximus.

Litera o, omnino orbicularis, praecedenti r saepissime jungitur. Majusculum aliquoties medio impositum habet punctum, ita ut plane gothicum ( $\mathfrak{O}$ ) referat. In theotisca voce *los* (III, 3) semel accentum horizontalem habet impositum.

Litera p ( $\mathfrak{P}$ ) jungitur praecedenti f, forma rarissime in codicibus obvia.

Majusculum q ( $\mathfrak{Q}$ ) tali etiam forma scribitur:  $\mathfrak{Q}$ .

Litera r ( $\mathfrak{R}$ ) parum infra lineam descendit. Jungitur sequentibus e, i, t. Duplex r inter se coit. Majusculum R sic  $\mathfrak{R}$  scribitur.

Litera f ( $\mathfrak{F}$ ) a praecedenti facile semper distinguenda, vix infra lineam propendet, paulo supra reliquas eminens, medio appendice horizontali abrupto sinistrorsum producto. Jungitur sequenti p et t.

Litterae t ( $\mathfrak{T}$ ) vertex horizontalis omnino rectus v. parum incurvus; linea verticalis utrinque dextrorsum inflexa. Formas in quas cum litera i coit, supra dedimus.

Litera u ( $\mathfrak{U}$ ) initio vocum saepe  $\mathfrak{U}$  pingitur. Duplex u litterae w vices gerere vix est monendum; adhibetur tamen etiam pro v. in »*uuiperarum*.« In voce theotisca *grapehús* (IX, 8) accentus vice lineae horizontalis super u est posita.

De litterarum x, y et z ( $\mathfrak{X}$   $\mathfrak{Y}$   $\mathfrak{Z}$ ) forma nihil est monendum.

Siglis et abbreviationibus nonnisi paucissimis usus est librarius noster, atque in earum usu parum sibi constat, cum linearum utriusque textus parallelismus nunc litterarum aliquot subpressionem posceret, nunc integris vocibus exscribendis satis spatii praerberet. Haec fere sunt quae observavimus:

$\overline{a}u$  = *autem*.

$\overline{a}p\overline{o}st\overline{f}$  = *apostolus*, in utroque textu.

$\overline{b}$ ; = *buf*, in hominib; (*hominibus*), omnib; (*omnibus*) etc.

$\overline{x}p\overline{i}an\overline{o}f$  = *christianos*,  $\overline{x}p\overline{i}st$  = *xpīstan* = *christan*,

$\overline{x}p\overline{i}st$  = *christes*.

$\overline{d}$  = *deus*,  $\overline{d}u$  = *deum*.

$\overline{d}n\overline{f}$  = *dominus*,  $\overline{d}n\overline{m}$  = *dominum*,  $\overline{d}n\overline{e}$  = *domine*.

$\overline{e}i$  = *eius*.

$\overline{e}$  = *est*.

$\overline{i}h\overline{f}$  = *iesus*,  $\overline{i}h\overline{u}se$  = *iesuse*.

Linea horizontalis litterae imposita tam in medio quam in fine vocum =  $\overline{m}$ , in *aliā* (*aliam*), *cū* (*cum*), *triticū* (*triticum*), *mannu* (*mannum*), *quādiu* (*quamdū*) etc.

$\overline{p}$  = *per* in *sup* (*super*), *femp* (*semper*) etc.

$\overline{q}$  = *pro*  $\mathfrak{P}$  *fert* (*profert*) etc.

$\overline{q}m$  = *quoniam*.

$\overline{f}em$  = *sanctum*,  $\overline{f}p\overline{f}$  = *spiritus*,  $\overline{f}p\overline{m}$  = *spiritum* etc.

## VIII

Vocabulo latino *OS* (Matth. XII. 34 etc.) linea horizontalis constanter est imposita. (Cfr. *Nouveau Traité de diplomatique* III. 542.)

In singularum vocum diremptione in textu imprimis latino frequentissime esse peccatum, ita ut separanda jungantur, jungenda autem dirimantur, e. g. remitte. turei pro *remittetur ei*, visimus, pro *visimus*, nequior esse, pro *nequiores se* etc., et in pluribus paginis post omnes omnino voces punctum esse positum, non modicam codicis antiquitatem et latini saltem textus antiglyphum uncialibus literis exaratum demonstrat. Sphalmata quod attinet, ea rarissima sunt, passimque ab ipso librario litera aliqua deleta v. mutata aut inter lineas addita correctae sunt, cujus rei exemplum in ipso quod proferrimus scripturae specimine habetur.

Haec de scripturae ratione dicta sufficiant, id tamen monemus laboris nostri difficultatem nequaquam e facili tabulae in lapide delineatae lectione esse censendam, facile enim quisquis videt, tale specimen fuisse eligendum cujus ductus pictorem non fugerent, cum in singulis reliquorum foliorum lineis, glutine squalentibus, pallentibus atque detritis, fideliter extricandis, plures saepius horae essent insumendae, cujus rei testem habemus virum clarissimum amicum nostrum Maur. Hauptium, cujus consilio et ope in plurimis locis egregie nos profecisse grati fatemur.

De lacunarum theotisci textus supplementis, quae literis inclinatis exscripta sunt, alio loco dicitur, hic tantum observamus in implendis lacunis non tantum spatii quod erat explendum, sed et apicum quorum vestigia hinc inde supersunt et omnis analogiae talem rationem fuisse habitam, ut et in his summam curam praedicare liceat.

Verborum quotquot in fragmentis nostris occurrunt indicem lectori non ingratum fore confidimus.

Quod si quis autem in hoc libello observationum grammaticarum apparatus v. amplum glossarii penu desideravit, illi dictum sit, primi monumenti alicujus vetusti inventoris provinciam in eo esse positam, ut quod fortuna uni concesserat, fideliter cum universa studiosorum multitudine quantocius communicetur, rem vero pessime agere eos, qui scriptorem antiquum cum invenerint, eo sua eruditione antequam edatur obruendo, immoriuntur.

Vindobonae. III. Kal. Aug. M. D. CCC. XXX. IV.

I.

# FRAGMENTA

## VERSIONIS ANTIQUISSIMAE

### EVANGELII SECUNDUM MATTHAEUM.

---

I. Matth. VIII, 33—IX, 9.

<sup>1</sup> *burc* sagetun al ioh fona dhem diubilsiuhhom |  
<sup>2</sup> *mannum*, enti see saar alle dhea burgera fuorum | <sup>3</sup>  
 ingegin iesuse enti so inan gahsahhun, batun | <sup>4</sup> *daz*  
 er aufuori uz fona iro marchom. | <sup>5</sup> *Enti* genc er in scef-  
 filin, ubarferita dhen | <sup>6</sup> *keozun* enti quam in sina burc.  
 | <sup>7</sup> *Enti* see saar butun imo bifora laman liechen- | <sup>8</sup>  
 tan in baru enti gasah iesus iro galaupin, | <sup>9</sup> *quhad*  
 demo lamin: Gatruue, sunu, forlaaz- | <sup>10</sup> *senu* dhir uuer-  
 dant dino suntea; Enti see | <sup>11</sup> *saar* ein huuelihhe scri-  
 bera quhattun untar im: | <sup>12</sup> *Dhese* lastrot. enti so iesus  
 gasah iro gadancha, | <sup>13</sup> *quhat*: zahuuu dencet ir ubil  
 in iuuueremo | <sup>14</sup> *muote*? Huuedar ist gazelira za que-  
 danne: | <sup>15</sup> *forlazsenu* dhir uuerdant dhino suntea, |  
<sup>16</sup> *odo* za quhedanne: arstant enti ganc? | <sup>17</sup> *Daz* ir  
 auh uuizit, dhaz mannes sunu | <sup>18</sup> *habet* gauualt in  
 herdhu za forlazanne suntea, | <sup>19</sup> *Duo* quhat dhemo la-  
 min: arstant, nim | <sup>20</sup> *diin* betti enti ganc za dinemo  
 hús. enti er | <sup>21</sup> *arstuont* enti genc za sinemo hús. Ga-  
 sahhun iz | <sup>22</sup> *diu* folc, gaforahtun im enti aerlihho  
 lobotun | <sup>23</sup> *got*, dher solihha gauualtida forgab mannum.  
 | <sup>24</sup> *Enti* so dhuo iesus danan fuor, gasah man |

(VIII, 33) <sup>1</sup> ciuitatem, nunciauerunt  
 omnia et de his qui daemonia | <sup>2</sup> habuerunt,  
 (VIII, 34) et ecce tota ciuitas exiit | <sup>3</sup> obui-  
 am iesu et uiso eo rogabant, | <sup>4</sup> ut transiret  
 a finibus eorum. | (IX, 1) <sup>5</sup> Et ascendens in  
 nauiculam transfretauit | <sup>6</sup> et uenit in ciui-  
 tatem suam. | (IX, 2) <sup>7</sup> et ecce offerebant ei  
 paralyticum iacentem | <sup>8</sup> in lecto, et uidens  
 iesus fidem illorum | <sup>9</sup> dixit paralytico: con-  
 fide fili, remit. | <sup>10</sup> tuntur tibi peccata tua;  
 (IX, 3) et ecce | <sup>11</sup> quidam de scribis dixe-  
 runt infra se: | <sup>12</sup> Hic blasphematur. (IX, 4) et  
 cum uidisset iesus cogitationes eorum, | <sup>13</sup>  
 dixit: Ut quid cogitatis mala in cordibus | <sup>14</sup>  
 uestris? (IX, 5) Quid est facilius dicere: | <sup>15</sup>  
 dimittuntur tibi peccata tua, | <sup>16</sup> aut dicere:  
 surge et ambula? | (IX, 6) <sup>17</sup> Ut sciatis au-  
 tem, quoniam filius hominis | <sup>18</sup> habet potes-  
 tatem in terra dimittendi peccata, | <sup>19</sup> Tunc  
 ait paralytico: Surge, tolle | <sup>20</sup> lectum tuum  
 et uade in domum tuam. (IX, 7) et sur- | <sup>21</sup>  
 rexit et abiit in domum suam. (IX, 8) Uiden-  
 tes autem | <sup>22</sup> turbae timuerunt et glorifi-  
 cauerunt deum, | <sup>23</sup> qui talem potestatem  
 dedit hominibus. | (IX, 9) <sup>24</sup> Et cum trans-  
 iret inde iesus, uidit hominem . . . . .

\*

II. Matth. X, 12.

<sup>25</sup> *(que)*dhante: fridhu sii dhesemo hus. Enti ibu  
 daz hús sii | <sup>26</sup> uuirdich, enti iuuuer fridu quuimit  
 ubar daz hús. |

(X, 12) <sup>1</sup> dicentes: pax huic domui. (X,  
 13) et siquidem fuerit domus illa | <sup>2</sup> digna,  
 ueniet pax uestra super eam.

Matth. X, 23—24.

<sup>27</sup> dheso burgi israhelo, aer dhanne quuimit mannes  
 sunu. | <sup>28</sup> Nist iungiro ubar meistar noh scalh ubar |

(X, 23) <sup>1</sup> civitas Israhel, donec ueniat  
 filius hominis. | (X, 24) <sup>2</sup> Non est discipu-  
 lus super magistrum nec seruus super . . .



\*

## III. Matth. XII, 14—25.

(XII, 14) <sup>1</sup> aduersus eum, quomodo eum perderent. | (XII, 15) <sup>2</sup> Iesus autem sciens recessit inde et secuti sunt eum | <sup>3</sup> et curauit eos omnes, (XII, 16) et precepit eis, ne | <sup>4</sup> manifestum eum facerent, (XII, 17) ut adimpleretur quod | <sup>5</sup> dictum est per esaiam prophetam | <sup>6</sup> dicentem: (XII, 18) Ecce puer meus, quem elegi, dilectus | <sup>7</sup> meus, in quo bene complacuit animae meae. ponam spiritum meum super eum, et iudicium gentibus nunciabit. | (XII, 19) <sup>9</sup> Non contendet neque clamabit neque audiet aliquis | <sup>10</sup> in plateis uocem eius. (XII, 20) Arundinem quassatam non | <sup>11</sup> confringet et linum fumigans non extinguet, | <sup>12</sup> donec eiciat ad uictoriam iudicium, (XII, 21) et | <sup>13</sup> in nomine eius gentes sperabunt. | (XII, 22) <sup>14</sup> Tunc oblatum est ei daemonium habens | <sup>15</sup> caecus et mutus, et curauit eum ita | <sup>16</sup> ut loqueretur et uideret. | (XII, 22) <sup>17</sup> Et stupebant omnes turbae et dicebant: | <sup>18</sup> Numquid hic est filius dauit? | (XII, 24) <sup>19</sup> Pharisei autem audientes dixerunt: | <sup>20</sup> hic non eicit daemones nisi in beelzebub | <sup>21</sup> principe daemoniorum. | (XII, 25) <sup>22</sup> Iesus autem sciens cogitationes eorum, dixit eis: | <sup>23</sup> Omne regnum diuisum contra se desolabitur, | <sup>24</sup> et omnis

<sup>1</sup> uuidar imo huueo sic inan forleosan mahtin. | <sup>2</sup> Iesus auh uuista iz, fuor danan enti folgetun imo | <sup>3</sup> manage enti aer gaheilta siae alle enti gabot im, daz | <sup>4</sup> sie inan ni martin, Daz arfullit uurti dhaz | <sup>5</sup> gaquetan uuart durah forasagun esaiam | <sup>6</sup> quuedantan: See miin sunu, den ih gachos, minan | <sup>7</sup> leoban, in imo galiheta mineru seulu. Seczu ih minan | <sup>8</sup> gheist ubar inan, Enti miin urteili chundit deotom. | <sup>9</sup> Ni uuidarstritit noh ni hrofit noh ni gahorit einich | <sup>10</sup> in heim...um sina stimna. rorea gafaclita | <sup>11</sup> ni forbrihhit enti riuhhantan flas ni leschit, | <sup>12</sup> Innan diu aer durahbringit za sigiu urteili, enti | <sup>13</sup> in sinan namun eigun deotun uuaan. | <sup>14</sup> Duo uuart imo frambrungan, der tiubil hapta, | <sup>15</sup> uuas blinder enti stummer, enti gaheilta inan so, | <sup>16</sup> daz aer gasprah enti gasah. | <sup>17</sup> Enti uundarentin uurtun elliu dhiu folc enti quaton: | <sup>18</sup> inu nu dese ist dauites sunu? | <sup>19</sup> Pharisaera auh daz gahorrente quaton: | <sup>20</sup> dese ni tribit ux tiubila nibu durah beelze- | <sup>21</sup> bub tiubilo furostun. | <sup>22</sup> Iesus auh uuessa iro gadancha, Quoad im: allero | <sup>23</sup> rihho gahuuelih in zuei zasceitan zagengit, | <sup>24</sup> enti so huuelihha |

## IV. Matth. XII, 31—39.

(XII, 31) <sup>9</sup> non remittetur, et quicumque dixerit | <sup>9</sup> uerbum contra filium hominis, remittetur ei. | (XII, 32) <sup>10</sup> Qui autem dixerit contra spiritum sanctum, | <sup>11</sup> non remittetur ei, neque in hoc saeculo | <sup>12</sup> neque in futuro. (XII, 33) <sup>13</sup> Aut facite arborem malam et fructum eius bonum, | <sup>14</sup> aut facite arborem bonam et fructum eius | <sup>15</sup> malum. Siquidem ex fructu arbor cognoscitur. | <sup>16</sup> (XII, 34) Progenies uiperarum, quomodo potestis | <sup>17</sup> bona loqui, cum sitis mali; | <sup>18</sup> ex abundantia enim cordis os loquitur. | (XII, 35) <sup>19</sup> Bonus homo de bono thesauro profert bona | <sup>20</sup> et malus homo de malo thesauro profert mala. | (XII, 31) <sup>21</sup> Dico autem uobis, quoniam omne uerbum otiosum, | <sup>22</sup> quod locuti fuerint homines, reddent rationem | <sup>23</sup> de eo in die iudicii. (XII, 37) Ex uerbis enim tuis | <sup>24</sup> iustificaberis, et ex uerbis tuis | <sup>25</sup> condemnaberis. | (XII, 38) <sup>26</sup> Tunc responderunt ei quidam de scribis et | <sup>27</sup> pharisaeis dicentes: Magister, uolumus | <sup>28</sup> a te signum uidere. | (XII, 39) <sup>29</sup> Qui respondens ait illis. Generatio mala | <sup>30</sup> et adultera signum quaerit et signum non dabitur ei, | <sup>31</sup> nisi signum ionae prophetae.

<sup>8</sup> ni uuerdant forlazan, Enti so huuer so quuidit | <sup>9</sup> los uuort uuidar mannes sune, forlazan imo uuidit. | <sup>10</sup> so aer auh los sprihhit uuidar heilegemo gheiste, | <sup>11</sup> ni uuidit imo forlazan noh hear in uue- | <sup>12</sup> ralti noh in euuin. | <sup>13</sup> Odo uurchet ir guotan baum enti siin obaz guot, | <sup>14</sup> odo gauurchet ir ubilan baum enti siin obaz | <sup>15</sup> ubil. So auh fona des baumes obaze arcennit | <sup>16</sup> .i uuir daer baum. natrono chnosles, hueo | <sup>17</sup> magut ir guot sprehhan, nu ir so ubile birut? | <sup>18</sup> fona ganuhtsamemo muote sprihhit munth. | <sup>19</sup> Guot man fona guotemo horte augit guot enti | <sup>20</sup> ubil man fona ubilemo horte ubil frambringit. | <sup>21</sup> Ih sagem auh iu, daz allero uuorto unbidarbero, | <sup>22</sup> diu man sprehhant, redea sculun dhes argeban | <sup>23</sup> in tuomtage. fona diin selbes uuortum gauisso | <sup>24</sup> garehtsamos enti fona diin selbes uuortum | <sup>25</sup> suntigan dih gasahhis. | <sup>26</sup> Duo antuurtun imo ein huuelihhe scribero enti | <sup>27</sup> enti pharisero quuedante: Meistar, uuellemes | <sup>28</sup> fona dir sum zeihhan gasehan. | <sup>29</sup> Er antuurta, quaat im: ubil manchunni enti ur- | <sup>30</sup> triuuii sohhit zeihhan enti ni uuidit imo gageban, | <sup>31</sup> nibu zeihhan ione dhes forasagin. |

## V. Matth. XII, 40—XIII, 1.

<sup>1</sup> So selb auh so ionas in uuales uuambu dri taga enti | <sup>2</sup> drio naht, so scal uuesan mannes sunu in haerda breuue dri | <sup>3</sup> taga enti drio naht. | <sup>4</sup> Dea nineuetiscun man arrisant in tomtage mit desemo chunne | <sup>5</sup> enti ganidarrent daz, huuanta sie iro hriuuun uuorahtun, so sie | <sup>6</sup> ionas lerta, Enti see hear mero danne iona. | <sup>7</sup> Cuninegin sundan arrisit in tomtage mit desemo manchunne | <sup>8</sup> enti ganidrit daz, huuanta siu quam | <sup>9</sup> fontum lantes horren uuistom salomones, | <sup>10</sup> enti see hear mero danne salomon. | <sup>11</sup> So auh daer unhreino gheist uzargengit fona manne, | <sup>12</sup> ferit after durrem stetim, suohhit roa enti | <sup>13</sup> ni findit. Danne quiddit: ih huuirfu in miin hus, | <sup>14</sup> danan ih uzfuor, enti quomaner findit ital hus, besmon | <sup>15</sup> gacherit enti gasconit. Danne gengit enti gahalot | <sup>16</sup> sibuni andre gheista mit imo uuirsirun danne aer | <sup>17</sup> enti ingante artont dar, enti uuerdant dea afrun | <sup>18</sup> des mannes argoron dem erirum. | <sup>19</sup> so scal uuesan desemo manchunne argostin. | <sup>20</sup> Innan diu aer daz sprah za dem folchum, see siin muoter | <sup>21</sup> enti bruoder stuontun uze, sohhitun siin gasprahhi. | <sup>22</sup> Quuat imo duo ein huuelih: See diin muoter enti | <sup>23</sup> bruoder stantant uze, suohhent dih. | <sup>24</sup> Enti aer antuurta demo za imo sprah, quadh: | <sup>25</sup> huuer ist miin muoter enti huuer sintun mine bruoder? | <sup>26</sup> Enti rehhta sina hant ubar sine iungirun, quuat: | <sup>27</sup> See miin muoter enti mine bruoder! So huuer | <sup>28</sup> so auh in ernust uuillion uurchit mines fater, der in himilum ist, | <sup>29</sup> der ist miin bruoder enti suester ioh muoter. | <sup>30</sup> In demo tage genc iesus uz fona hus, saz bi seuue. |

(XII, 40) <sup>1</sup> Sicut enim fuit ionas in uentre ceti tribus diebus et | <sup>2</sup> tribus noctibus, sic erit filius hominis in corde terrae tribus | <sup>3</sup> diebus et tribus noctibus. | (XII, 41) <sup>4</sup> Uiri niniuitae surgent in iudicio cum generatione ista | <sup>5</sup> et condemnabunt eam, quia penitentiam egerunt in predicatione | <sup>6</sup> ionae, Et ecce plus quam ionas hic. | (XII, 42) <sup>7</sup> Regina austri surget in iudicio cum generatione | <sup>8</sup> ista et condemnabit eam, quia uenit | <sup>9</sup> a finibus terre audire sapientiam salomonis | <sup>10</sup> et ecce plus quam salomon hic. | (XII, 43) <sup>11</sup> Cum autem immundus spiritus exierit ab homine, | <sup>12</sup> ambulat per loca arida, querens requiem | <sup>13</sup> et non inuenit. | (XII, 44) Tunc dicit: reuertar in domum meam, | <sup>14</sup> unde exiui, et ueniens inuenit eam uacantem scopis | <sup>15</sup> mundatam et ornata. (XII, 45) Tunc uadit et ad | <sup>16</sup> sumit septem alios spiritus secum nequiores se | <sup>17</sup> et intrantes habitant ibi, et fiunt nouissima | <sup>18</sup> hominis illius peiora prioribus. | <sup>19</sup> Sic erit et generationi huic pessimae. | (XII, 46) <sup>20</sup> Adhuc eo loquente ad turbas, ecce mater eius | <sup>21</sup> et fratres stabant foras querentes loqui ei. | (XII, 47) <sup>22</sup> Dixit autem ei quidam: ecce mater tua et fra- | <sup>23</sup> tres tui foris stant querentes te. | (XII, 48) <sup>24</sup> At ipse respondens dicenti sibi ait: | <sup>25</sup> Que est mater mea et qui sunt fratres mei? | (XII, 49) <sup>26</sup> Et extendens manus in discipulos suos dixit: | <sup>27</sup> Ecce mater mea et fratres mei! (XII, 50) quicumque | <sup>28</sup> enim fecerit uoluntatem patris mei, qui in caelis est, | <sup>29</sup> ipse meus frater et soror et mater est. | (XIII, 1) <sup>30</sup> In illo die exiens de domo sedebat secus mare.

## VI. Matth. XIII, 2—15.

<sup>1</sup> Enti kasamnot uuarun za imo folc manegiu, | <sup>2</sup> so daz er in sceffilin genc sizen enti elliu diu managi | <sup>3</sup> stuont in demo stade enti sprah im filu zuo in biuur- | <sup>4</sup> tim, quad: See, fuor uz daer sait saan sinan | <sup>5</sup> samun. Enti mit diu aer sata, sum felun bi | <sup>6</sup> uuege, quamun fleogente, frazun daz. | <sup>7</sup> Sum auh es feal in steinac, dar herda | <sup>8</sup> ni hapta managa enti sniumo genc uph, huuanta haerda tiufin | <sup>9</sup> ni haptun. Sunne uph stiganteru arheigetun | <sup>10</sup> enti bidiu uurçun ni haptun, ardorretun. Sum auh | <sup>11</sup> fealun in dorna enti aruohsun dea dorna | <sup>12</sup> enti ardampun. Sum danne fealun in guota | <sup>13</sup> haerda enti gabun uuaxmun, sum zehanzofalt, | <sup>14</sup> sum sexxuzfalt, sum drizuzfalt. Daer orun | <sup>15</sup> eigi gahlosiu, gahorre. Enti gengun sine iungirun, | <sup>16</sup> quatum imo: Huuanta sprihhis za im in bi- | <sup>17</sup> uur-

(XIII, 2) <sup>1</sup> Et congregatae sunt ad eum turbae multae, | <sup>2</sup> ita ut in nauiculam ascendens sederet et omnis turba | <sup>3</sup> stabat in littore. (XIII, 3) Et locutus est eis multa in parabo- | <sup>4</sup> lis dicens: Ecce exiit qui seminat seminare. | (XIII, 4) <sup>5</sup> Et dum seminatur, quaedam ceciderunt secus | <sup>6</sup> uiam, et uenerunt uolucres caeli et comederunt | <sup>7</sup> ea. (XIII, 5) Alia autem ceciderunt in petrosa, ubi non habebant terram | <sup>8</sup> multam et continuo exorta sunt, quia non habebant altitudinem terrae. (XIII, 6) <sup>9</sup> Sole autem orto aestuauerunt | <sup>10</sup> et quia non habuerunt radicem, aruerunt. Alia autem | <sup>11</sup> ceciderunt inter spinas et creuerunt spinas | <sup>12</sup> et suffocauerunt ea (XIII, 8) Alia autem ceciderunt in terram bonam, | <sup>13</sup> et dabant fructum aliud centesimum, | <sup>14</sup> aliud sexagesimum, aliud tricesimum. (XIII, 9) Qui habet aures | <sup>15</sup> audiendi, audiat. (XIII, 10) Et ac-

cedentes discipuli | <sup>16</sup> dixerunt ei: Quare in parabolis loqueris eis? | (XIII, 11) <sup>17</sup> Qui respondens ait illis: Quia uobis | <sup>18</sup> datum est nosse mysteria regni caelorum, | <sup>19</sup> illis autem non est datum. | (XIII, 12) <sup>20</sup> Qui enim habet, dabitur ei et abundabit; | <sup>21</sup> qui autem non habet, et quod habet | <sup>22</sup> aufere- tur ab eo. | (XIII, 13) <sup>23</sup> Ideo in parabolis loquor eis, quia | <sup>24</sup> uidentes non uident et audientes non audiunt | <sup>25</sup> neque intelligunt. (XIII, 14) Et adimpleatur | <sup>26</sup> in eis propheta iesaiae dicentis: Audita | <sup>27</sup> audietis et non intelligetis, et uidentes uidebitis | <sup>28</sup> et non uidebitis. | (XIII, 15) Incrassatum est enim cor populi huius | <sup>29</sup> et auribus grauius audierunt et | <sup>30</sup> oculos suos clau- serunt, ne quando uideant oculis et auribus audiant

*tim? Aer antuurta, quaat im: Huuanta iu ist | <sup>18</sup> ga- geban za archennenne ghiruni himilo rihhes, | <sup>19</sup> in auh nist forgeban. | <sup>20</sup> Daer hapet gauuisso, uuir- dit imo gageban enti ganah inan; | <sup>21</sup> Der auh ni hapet enti daz aer hapet, uuirdit | <sup>22</sup> ganoman fona imo. | <sup>23</sup> Bidiu quidu im zuo in biuurtim, huuanta sie | <sup>24</sup> gaseh- hente ni gasehent enti gahorrente ni gahorrent | <sup>25</sup> enti ni forstantent. Enti daz arfullit uerde | <sup>26</sup> in im esaiases foraspel quuedantes: gahlose aer | <sup>27</sup> gahor- rit enti ni forstantit enti gasehhante gasihit | <sup>28</sup> enti ni gasihit. Arsuillet ist gauuisso desero liuteo | <sup>29</sup> herxo enti orom suuaro gahortun enti iro | <sup>30</sup> augun bisloxun, neo iz augom gasehen enti orom ni gahorren |*

## VII. Matth. XIII, 15—24.

(XIII, 15) <sup>1</sup> et corde intelligant et con- uertantur et sanem eos. | (XIII, 16) <sup>2</sup> Ue- stri autem beati oculi, quia uident et | <sup>3</sup> aures uestrae, quia audiunt. (XIII, 17) Amen quippe | <sup>4</sup> dico uobis, quia multi pro- phetae et iusti | <sup>5</sup> cupierunt uidere quae uidetis et non uiderunt, | <sup>6</sup> et audire quae auditis et non audierunt. | (XIII, 19) <sup>7</sup> Uos ergo audite parabolam seminantis. (XIII, 19) Omnis | <sup>8</sup> qui audit uerbum regni et non intelligit, | <sup>9</sup> uenit malus et rapit, quod se- | <sup>10</sup> minatum est, in corde eius. hic est qui secus uiam se- | (XIII, 20) <sup>11</sup> minatus est. qui autem supra petrosa se- | <sup>12</sup> minatus est, qui uerbum audit et continuo cum gau- dio | <sup>13</sup> accipit illud, (XIII, 21) non habet autem in se radicem, | <sup>14</sup> sed est tempora- lis; facta autem tribulatione | <sup>15</sup> et perse- cutus propter uerbum continuo scandaliza- tur. | (XIII, 22) <sup>16</sup> Qui autem est seminatus in spinis, hic est qui | <sup>17</sup> uerbum audit, et sollicitudo saeculi istius et fallacia | <sup>18</sup> di- uitiarum suffocat uerbum et sine fructu effi- citur. | (XIII, 23) <sup>19</sup> Qui uero in terram bo- nam seminatus | <sup>20</sup> est, hic est qui audit uerbum et intelligit, | <sup>21</sup> et fructum affert et facit aliud quidem centesimum, | <sup>22</sup> aliud autem sexagesimum, aliud uero tricesimum. (XIII, 24) <sup>23</sup> Aliam parabolam proposuit illis dicens: Simile | <sup>24</sup> factum est regnum cae- lorum homini, qui seminauit bonum

(en-) <sup>1</sup> ti in herxin forstanten enti gahuuerfen enti ih sie gaheile. | <sup>2</sup> Iuuueru augun auh salic, huuanta diu gasehant enti | <sup>3</sup> iuuueru orun, huuanta diu gahorrent. Uuar in aernust | <sup>4</sup> sagem ih iu, daz manage forasagun enti rehtuui- | <sup>5</sup> sigun gerotun za gasehhanne daz ir gasehet enti na gasahun, | <sup>6</sup> enti za gahorrenne daz ir gahorret enti ni gahortun. | <sup>7</sup> Ir dhanne gahorret biuor- te dhes saentin. allero eo ga- | <sup>8</sup> huuelih der gahorit uuort rihhes enti (ni) forstentit, | <sup>9</sup> chumit der ubil to- ento enti ardinsit daz ga- | <sup>10</sup> sait uuarth in siin herza. Dese ist der bi ueege ga- | <sup>11</sup> sait uuarth. Daz auuar in steinac uuarth gha- | <sup>12</sup> sait, dese ist der gotes uuort gahorit enti daz saar | <sup>13</sup> mit gauehan infait enti ni ha- bet in imo festea nurçun, | <sup>14</sup> uzan ist uuilin; uuirdit imo gataan sum pina | <sup>15</sup> enti man inan arfolget durah uuort, saar gasuuihhit. | <sup>16</sup> Der auuar in dea dorna ist gasait, Dese ist daer | <sup>17</sup> daz uuort gahorit, enti sorge desera uueralti enti bisuuih | <sup>18</sup> dero . . . . ardempant daz uuort enti ist ano | <sup>19</sup> uuaxmun. Daz auuar in guota haerda uuarth | <sup>20</sup> gasait, dese ist der uuort gahorit enti forstantit, | <sup>21</sup> enti uuaxmun arbitrit enti aruurchit sumes zehanzofalt, | <sup>22</sup> sumes auuar sexcuz- falt ioh sumes drizuc solih. | <sup>23</sup> Ander uuort bifora im sezzita, quat: galihho ist | <sup>24</sup> gataan himilo rihhi manne demo saita guotan |

## VIII. Matth. XIII, 39—53.

(XIII, 39) <sup>1</sup> Messores autem angeli sunt. Sicut ergo | <sup>2</sup> colliguntur zizania et igni comburuntur, | <sup>3</sup> sic erit in consummatione saeculi. (XIII, 41) Mittet filius hominis | <sup>4</sup> angelos suos et colligent de regno eius om- nia scandala | <sup>5</sup> et eos qui faciunt iniquita- tem, (XIII, 42) et mittent eos in caminum ignis. | <sup>6</sup> ibi erit fletus et stridor dentium. |

<sup>1</sup> man auh sintun angila. So sama auh daz | <sup>2</sup> ga- samnotun enti fyur forbrennitun, so selp | <sup>3</sup> uuirdit in ente uueralti. Sentit mannes sunu sine | <sup>4</sup> angila enti samnont fona sinemo rihhe alle dea suuihhi | <sup>5</sup> enti dea ubiltatun enti tuoit dea in fyures ouan, | <sup>6</sup> dar im scal uuesan uuoft enti zano gagram. | <sup>7</sup> Danne dea rehtuui-

sigun schinant so sunna in iro | <sup>8</sup> *fateres* rihhe. So huuer so gahlosiu orun eigi, gahore. | <sup>9</sup> *Galih* ist himiloh rihhi gaberge gabornemo in acchre. | <sup>10</sup> *So* danne man daz findit enti gabirgit iz, enti des | <sup>11</sup> *memento* gengit enti forchaufit al so huuz so aer | <sup>12</sup> *hapet* enti gachaufit den acchar. Auh ist galihsam | <sup>13</sup> *himilo* rihhe demo suohhenti ist guote marigreoza. | <sup>14</sup> *Funtan* auh ein tiurlih marigreoza, gene enti for- | <sup>15</sup> *chaufita* al daz aer hapta enti gachaufita den. | <sup>16</sup> *Auh* ist galihi himiloh rihhi seginun in seu gasez- | <sup>17</sup> *ziteru*, enti allero fischchunno gahuuelihhes sammontin, | <sup>18</sup> *siu*, danne fol uuarth, uzardunsan, enti dea | <sup>19</sup> *bi stade* siczentun aruuelitun dea guotun in iro | <sup>20</sup> *faz*, dea ubilun auuar uurphun uz. so uuiridit in | <sup>21</sup> *demo* galidontin enti uueralti: Quuemant angila | <sup>22</sup> *enti* arscheidant dea ubilun fona mittem dem recht- | <sup>23</sup> *uuisigom* enti lecgent dea in fyures ouan, dar uuiridit | <sup>24</sup> *uuoft* enti zano gagrim. Forstuontut ir daz al? | <sup>25</sup> *sie* quuatun imo: gahha uuir, truhutin. Quoad im iesus: | <sup>26</sup> *bi* diu ist eo gahuuelih scriba galerit in himiloh rihhe | <sup>27</sup> *gaalihi* ist manne hiuuisches fater, der framtregit | <sup>28</sup> *fona* sinemo horte niuui ioh firni. | <sup>29</sup> *Enti* uuertan uuarth, so iesus gaentota desiu piurtti, | <sup>30</sup> *daz* aer fuor danan.

(XIII, 43) <sup>7</sup> Tunc iusti fulgebunt sicut sol in | <sup>8</sup> regno patris eorum. Qui habet aures audiendi, audiat. | (XIII, 44) <sup>9</sup> Simile est regnum caelorum thesauro abscondito in agro, | <sup>10</sup> quem qui inuenit homo abscondit, et prae | <sup>11</sup> gaudio illius uadit et uendit uniuersa quae | <sup>12</sup> habet et emit agrum illum. (XIII, 45) Iterum simile est | <sup>13</sup> regnum caelorum homini negotiatori quaerenti bonas margaritas. | (XIII, 46) <sup>14</sup> Inuenta autem una pretiosa margarita abiit et | <sup>15</sup> uendidit omnia, quae habuit et emit eam. | (XIII, 47) <sup>16</sup> Iterum simile est regnum caelorum sae- genae missae | <sup>17</sup> in mare, et ex omni genere piscium congreganti, | (XIII, 48) <sup>18</sup> quam, cum impleta esset, educentes et | <sup>19</sup> secus littus sedentes elegerunt bonos in | <sup>20</sup> uasa, malos autem foras miserunt. | (XIII, 49) <sup>21</sup> Sic erit in consummatione saeculi: exibunt angeli | <sup>22</sup> et separabunt malos de medio iustorum | (XIII, 50) <sup>23</sup> et mittent eos in caminum ignis; ibi erit | <sup>24</sup> fletus et stridor dentium. (XIII, 51) Intellexistis haec omnia? | <sup>25</sup> Dicunt ei: etiam. (XIII, 52) At illis: | <sup>26</sup> ideo omnis scriba doctus in regno caelorum | <sup>27</sup> similis est homini patrifamilias, qui profert | <sup>28</sup> de thesauro suo noua et uetera. | (XIII, 53) <sup>29</sup> Et factum est, cum consummasset iesus parabolas istas, | <sup>30</sup> transit inde.

\*

## IX. Matth. XVIII, 14—24.

